



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon
Prussiae**

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap. CCXLV. De Exustione praeurbiorum Castri Junigedo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

CHRONICI PRUSSIÆ.

Conradus de Feuchtwangen X. Mag. Gen. Ord. Tent.
Meneko de Querfurt XII. Mag. Provinc. in Prussia.

327

bus. Unde signantes se signo sanctæ Crucis, transeuntes dictum Exercitum Lethovinorum plures interfecerunt, aliquos lethaliiter vulnerarunt, ceteris in fugam conversis, cum suis sani & incolumes redierunt. Ecce quomodo unus persequebatur milie & duo fugabant X. Millia. Nonne ideo, quia Deus suos vendidit, & Dominus conclusit eos, utique tu es ergo DEUS, qui facis mirabilia magna solus Iesu Christi, qui es benedictus in secula seculorum Amen.

CAP. CCXLV

De

Exustione præurbiorum Castri Junigedo.

A Nno Domini MCCXCIII. tempore hyemali, Magister nec sibi nec suis parcens, nec laboribus, nec expensis; Sed semper intentus ad exaltationem fidei & fidelium, congregatâ omnipotentiâ exercitus sui, venir ad Castrum Junigedam, & hostiliter impugnavit, occisis pluribus duo suburbia dicti Castri (a) unum in monte aliud in valle redegit in favillam.

ANIMA DVERSIO

(a) Aliud illud fuit suburbium Castri Vista. Kojal. l. e. p. 203.

CAP. CCXLVI

De

Impugnatione Castri Scalowitarum.

D E hoc exercitu fugit occulte quidam armiger de Raganita, natus de terra Barthenfi, filius perditionis, qui veniens ad Regem Lethovinorum obligavit se sub poena capitis sui tradere

re

